

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9522

**Auteur(s) :** Jean, Rouen (doyen chapitre cathédral)

**Bénéficiaire(s) :** Notre-Dame-de-Bondeville, Notre-Dame de Bondeville (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1191

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Jean, doyen de l'église de Rouen, confirme la concession faite par Ricard de Rouvres aux religieuses de Bondeville de leurs biens.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 52H16.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Texte d'après A

Universis sancte matris Ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit, Johannes, Rothomagensis ecclesie Decanus, in Domino salutem. Quae personis religiosis « conferuntur » pia devotione ecclesiastico necesse est patrocinio communiri, ut sic a perturbatione secularium defense, solius Dei servitio cura pervigili possint immorari. Inde est quod ad universitas vesrte noticiam volumus pervenire, Ricardus de Rovris in presentia nostra et capituli Rothomagensis, monialibus de Bondeville possessiones et beneficia subscripta in perpetuam elemosinam concessisse et sigilli sui munimine concessionem suam roborasse. In primis, omnes donationes quas Ricardus et Gilebertus et Matildis mater sua eisdem monialibus dederunt, scilicet culturam terre juxta ecclesiam adjacentis et sedem unius piscine in aqua sua prope ecclesiam decurrente, et decimas molendinorum suorum de Malo Alneto, et sedem unius molendini ante curiam ipsarum, et decimas censuum et respectuum et molendini sui de Hulmo, et decimam totius nemoris de Calvo Monte, et secundam decimam totius segetis sue, et quatuor burgenses in Haia Montis Calvelli habitantes qui reddunt ecclesie .VIIIto. solidos per annum, et decimam omnium molendinorum suorum de Bondevilla et Moncelli, et decimam censuum et respectuum totius sui redditus, et ex altera parte ecclesie Sancti Dyonisii versus forestam de Silvefono, et pecudibus earumdem monialium, sedem unius curie in insula inter duas aquas, et liberum transitum ad pasturam foreste de Silvefono, et decimam unius villule que dicitur Boscus et unam piscinam et unum hospitem qui reddit monialibus quinque solidos per annum, et septem jugera terre que omnia pertinent ad quandam elemosinam pro qua moniales faciunt celebrare tres missas apud Bondevilla quaque ebdomoda (sic) pro eodem Ricardo de Rovris et animabus omnium antecessorum suorum. Item unam acram terre apud Malum Alnetum quietam quam Robertus faber eis dederat. Item unam acram terre inter duas aquas ex dono Ricardi de Vado et quatuor acras terre apud Lesalez, et unam acram prati apud Bunde villam, et unam acram terre prope ecclesiam Mali Alneti, ex dono Willelmi de Sahus. Item ex venditione Ricardi Morant unum molendinum tanerez et sedem domus sue et totam terram mansure sue. Item ex dono Ricardi de Rovris, unam carrucatam terre

apud Pubouvium, quam tenebat de feodo de Pratelli, et preterea pasnagium et herbagium porcorum et animalium suorum in Monte Calvelli, et mortuum boscum et pratum quod est juxta molendinum in dote ecclesie. Item de dono Willelmi de Burgehell' .II. acras terre de dono Bernardi de Burgehell'. Item duas acras et unam virgatam terre apud Cokerelmont et unam mansuram apud Malum Alnetum et unum villicum quietum apud Lesaluez ex dono Beatricis de Esletis. Item ex dono Ricardi, decimam virgultorum suorum. Ex dono ejusdem, decimam totius redditus de Spinevilla. Item ex dono Gileberti centum acras terre liberas et quietas in Monte Calvello, et boscum de Faio quantum ejus est inter duas vias Duorum Meisnillorum et cum illo bosco, quatuor acras terre dominici sui extra Faicum et ut omnes advenientes molendino monialium ab omnibus pertibus per terram suam transeuntes in pace eant et redeant, et preterea unam culturam de Moncellis. Idem etiam Gilebertus concessit, precepto bone memorie Rotrodi archiepiscopi, ut tres misse celebrentur in monasterio sanctimonialium que statute erant cantari in ecclesia de Bundevilla. Item ex dono Ricardi presbiteri terram de Quercu liberam ante portam earum, consensu Roberti fratris sui. Item ex dono Ricardi de Vadis quatuor acras terre apud Lesaloez, et pratum Rogeri de Sancto Martino et foreriam de Junchera juxta culturam et pontem ipsarum quietum ut in boscum eant et redeant, et duas acras terre per quas via est ad nemus citra aquam et ultra. Item ex dono Foberti Loremarii et Emeline uxoris sue et Philippi de Sahus, unam acram terre in capite Vallis Rogeri. Item ex dono Engelardi de Malo Alneto sex acras terre apud Meinillum. Item ex dono Willelmi de Sancto Michaele sex acras terre. Item ex dono Ricardi Huboldi et Amfride matris sue duas acras terre et unam acram prati prope domus sanctimonialium. Item ex dono Ricardi de Rovris filius (sic) Gileberti de Rovris dedit (sic) eisdem monialibus in bosco suo de Monte Calvelli, rationabilem claustram ad claudendum bladum ipsarum in campis, ad gardinum et porprisum illarum sufficienter claudendum. Facta autem fuit predictorum concessio et eorumdem confirmatio a prefato Ricardo de Rovris, anno ab incarnatione Domini .M°. C°. octogesimo. XI°, nobis in absentia venerabilis domini et patris nostri Walteri Rothomagensis archiepiscopi procuracionem totius archiepiscopatus Rothomagensis gerentibus. Nos itaque earumdem monialium tranquillitati sollicitudine qua universis Rothomagensis ecclesie subditis astringimus cupientes providere, universa supradicta in presentem paginam redigere et sigilli nostri patrocini curavimus communire. Testibus, Magistro Willelmo de Verdum, Magistro Ricardo Grim, Magistro Simone, Eustachio et Ricardo de Caudi, capellanis, Rogero de Ramesdena, Willelmo de Brueria, Roberto de Sancto Nicolao et multis aliis.